


Bulla Monitorij

Apostolici: cōtra Tres Reue
rendissimos Cardinales vt
redeāt ad obedientiā S.
D. n. Pa. Ne scismain
ecclesia sancta dei
oriatur.



Leppis. 11.
1011





h. n. : 400600

In nomine domini amen. Nouerit
vniuersi et singuli hoc presens publicū Transumptū inspecturi
quod nos Hieronimus de Chinuccijs Canonicus Senen. V. Ju.
Doc. Curie causarū Camere Apo. generalis auditor: habuimus
vidimus et diligenter insperimus litteras apostolicas monitoria
les Sanctissimi in christo patris et dñi nostri/dñi Julij/divina
providentia Pape Secundi infrascripti tenoris: eius vera Bul
la plumbea cū cordulis sericeis rubei/croceiq; coloris/more Ro
mane Cu. penden. bullatas: et omnimoda suspitione carentes/
vna cū earundē litterarū Apostolicarū publicatione et affixione
a tergo p tres prefati Sanctissimi dñi nostri Pape Cursores in
locis in dictis litteris Apostolicis designatis: debite executioni
demandatas/Quarū quidē tenor sequitur et est talis.

Ilius Episcopus Servus servorum dei. Ad futurā reime
moriā/Celestis altitudo potentie/divina providētia cum
eta disponens/ vt ecclesie triumphāti militantē ecclesiā similem
faceret/voluit summo Pontifici christi Vicario/dñic: gregis pa
stori adesse in regēda et gubernāda vniuersalis ecclesie Monar
chia Consiliarios et ministros sancte Ro. eccle. Cardinales/ vt
ipsi tanq̄ eiusdē Pontificis/et ecclesie mēbra suo capiti deserui
rent/et submissis humeris ad regendū vniuersalis ecclesie firma
mentum operosa sedulitate cū ipso Pontifice laborarent/et tam
ipius ecclesie q̄ totius orbis incūbentia onera indefessis cum eo
solicitudinibus partirētur/ac cum eo vniuersalē ecclesiā repre
sentarent. Hī sunt quos dilexit dñs/et velut precipuos ac subli
mes eiusdem ecclesie cardines prerogativa sublimavit honoris:
horū ceteris in orbe magnificus omnes et singulos quibuscūq;
titulis decoratos excellit/descriptiq; dicuntur in diademate prin
cipis: horū altitudo cōsilij et experte circūspectiōis industria cir
ca dirigenda qualibet et agenda sancte Ro. atq; vniuersali eccle
sie maiora cōmoda salubriter afferre dinoscitur: ideoq; a nobis
tanq̄ mēbra a capite p canonicas sanctiones illicētiati discedere
phibiti sunt: Hī sunt quos ideo vltra alia ornamenta Galero
A ij

rubeo insignitos esse constat/ vt pre ceteris sanctam sedem Apo-
stolicam / Romoneq; ecclesie vnitatē in eis ipsis (vt prefertur)
representatā / quantum fieri potest verbo et exemplo constantē
et intrepide vsq; ad sanguinis effusionē tueantur et defendant/
et quo maiori honoris prerogativa honestati sunt / tāto magis
peccant / cum eorum et ecclesie vnitatē huiusmodi scindunt / aut
a summo Ponti. eorum capite quoquomō illicentiati recedunt /
vel ab ipsi⁹ obedientia deficiunt. Sane nuper in Consistorio
nostro secreto dilect⁹ filius Justinus Carolus Juris vtriusq;
doctor / z filii nostri aduocatus nomine suo / ac dilecti filij Ma-
riani de Cuccinis fisci Camere Apostolice Procuratoris quan-
dam sub ijs verbis querelā exposuit. Quāq; Beatissime pater /
vosq; Reuerendissimi dñi Cardinales / vnā sanctā catholicam
et apostolicā Ro. ecc. Spiritus sanctus ex psona dñi nostri Je-
su christi in Cantica canticorū designet dicens : Vna est colūba
mea / vna est perfecta mea / z vna est matri sue electa / z vt ait bea-
tus Cyprianus / Nō habet ecclesie ordinatiōem / qui ecclesie nō te-
net vnitatē. Nihilominus ab ipius (vt ita dixerim) ecclesie inca-
ribulis quorundā pestiferorū hoim effrenata libido / hanc san-
ctam ecclesie vnitatē scindere z lacerare temptauit. Quisquis igi-
tur hanc sanctā z immaculatā ecclesie vnitatē ausu sacrilego et
diabolica psuasiōe violare psumpserit / hic (vt sacri Canones
edocēt) alienus est / prophanus est / hostis est / habere nō potest
deum patrē / qui vniuersalis ecclesie nō tenet vnitatē / nec potest
is cum aliquo cōuenire / qui cum corpore ipsius ecclesie / et cū vni-
uersa fraternitate nō conuenit. Et cū pater sancte sanctitas ve-
stra intenta (vt decet) recuperationi terrarū et inriū sancte Ro.
eccle. presertim Cinitatis Ferrariē / eiusq; Ducatus Territorij
ac districtus / quibus iniquitatis filiū Alfonso Estē / ob eius
demerita per sententiā cōsistorialiter latam pūauerat / Bono-
niam cū exercitu accessisset / monuissetq; sancte Ro. eccle. Cardi-
nales quos tam p predictis q; alijs grauib⁹ eidē ecclesie incum-
bentibus onerib⁹ cōsulere intēdebat / vt ipsam sanctitatē vestraz
sequi deberēt. put par erat: inimico tñ humani generis suadēte /

ac scandalum et zizaniam in dominico agro seminante / aliqui
(qd dolenter referimus) ex dictis sancte Ro. ecc. Cardinalibus
monitione Sanctitatis vestre hmoi implere simulātes iter eorū
Florentiā versus ceperūt / ac spretis litteris Sanctitatis vestre ac
monitionib⁹ z exhortationib⁹ p deuotā creaturā vestrā Franci-
scum tici. S. Clemētis pbm Cardinalē tūc in minoub⁹ cōstitu-
tum Ep̄m Cōcordiē Datariū vestrū / quibus illos hortabat et
monebat / vt ad eandē Sanctitatē vestrā Bononiē cū sua Curia
existentē vocati se cōferrēt / put iqdē Cardinales eidē Francisco
Cardinali se facturos obtulerūt / initis z firmatis pu⁹ inter ipos
secreto / z p manus publici Notarij certis cōspirationib⁹ z capi-
tulis ac cōuentionibus illicitis et inhonestis contra Sanctitatē
vestrā Papiam illicentiati adierunt z deinde Mediolanā se con-
ferentes ibidem contra Sanctitatē vestrā z sedem Apo. ac san-
cte Dei ecclesie vnitatem periculosam ac scismaticā cōuenticulaz
inire moliti / alioq; Cardinales in suā sententiā trahere conati
sunt / put diuersimode Sanctitati vestre innotuisse debuit / qua-
re detecta in suo pposito perseverātes graua ecclesie vniuersali
scādala imminere / illāq; reformatiōe indigere: et ppterea Cōcili-
um iuxta quoddā decretū Cōciliij Cōstantiē / ac votū p eandē
Sanctitatē vestrā in eius ad summū apostolat⁹ apicē assum-
ptione emissuz / z iuramentū p eā prestitū pgregandū fore / insq;
illud cōgregandi ob Sanctitatis vestre z aliorū Cardinaliū illi
assistentiū negligentia ad eos deuolutū esse / eosq; Cōciliū ipni
absq; aliqua Sanctitatis vestre requisitiōe z licentia indicere et
cōuocare posse asserere non sunt veriti: horū pncipalis auctor
existit dñs Bernardin⁹ Ep̄us Sabiniē / qui iam diu ista anlo
suo premeditatus / in eius sententiā Gulielmū Ep̄m Prenestiū z
Franciscū tici. S. Nerei et Achillei pbm Cardi. traxit / prout in
cedulis indictionis et cōuocationis Cōciliij eorū nomie publica-
ti / et vt credit ad eorū instigationē etiā sub nomie Maximiliani
Roma. Impatoris electi / et Ludouici Francoz regis illustriuz
confectis / ac manu publicorum Notariorum subscriptis / et in
Urbe / ac alibi clanculum affixis clare constat: Quāā granta-
te verborū pater sancte / quoue dolore animi rem hmoi deplorē
Sed vt video pater Beatissime ac Reuerē. dñi iam tps est ma-
A ij

gis remedij q̄ querere. Ecce enim sancta mater ecclesia que in p̄so
na Sanctitatis vestre sui indubitati sponsi sincera perpi⁹ vni
tate et pace gaudebat/referatis lachrymarū fontib⁹ multis cum
suspirijs et singulib⁹ ad te sp̄sum suū et ad vos Reuerē dños
Cardi. qui estis in partē sollicitudinis euocati clamare et vocife
rare cōpellit. Et tu Beatissime pater cū omnia p̄dicta sint adeo
manifesta/publicata et notoria/q̄ nulla possint tergiversatiōe
celari/nec excusatione defendi/in virtute altissimi vnacū hoc sa
era Collegio erurge/et iudica causam sponse tue /et memori esto
opprobrij filiorū tuorū/accingere gladio tuo sup̄ femur tuū potē
tissime/intēde p̄spere. p̄cede et regna et exemplo aliorū summorū
Pontificū p̄decessorū tuorū/qui semp̄ insurgētes in dei ecclesia
hereses et scismata cū ipsorū auctorū fautorib⁹/auctorib⁹ et sequa
cibus ad dei ecclesia et cōmuniōe fidelium/et sacratissimo christi
corpe eliminatū/hoc nouiter ortū perniciosissimū scisma in tuā
et. f. Ro. ecc. sp̄se tue iniuriā sp̄ali inuisione rescinde. Nos igit̄
qui dudū Cōcilij indictionē h̄mōi siue potius scismaticā cōuenti
culam p̄ alias nostras lras reuocauim⁹/ac. p̄ pace et quiete oīm
christifidelū. p̄q̄ extirpādis scismatib⁹ et heresib⁹ vniuersis ac
reformatiōe vniuersalis eccleie quatinus opus fuerit/et expeditiō
ne cōtra infideles cōciliariter incūda. Ecomenicū generale Con
cilium indixim⁹ et celebrare dñō p̄mittente intendim⁹/h̄mōi re
lacione audita/magno quidē put̄ decebat do!ore ac merore affe
cti sumus: Nō possum⁹ cū nō vehemēter dolere vt par est/ta
p̄nitiosum in dei ecclesia incendiū inchoari et ab his p̄cipue a qui
bus minime suspicabamur/p̄sertim a Bernardino Ep̄o /que
honorificētissima legatione Germanie decorauim⁹/et cuius reli
quorūq̄ oīm petitis/quantū euz deo licuit semp̄ annuim⁹/alijs
q̄ oībus p̄fatis quos tanq̄ corpus nostri mēbra paterna chari
tate semp̄ dilexim⁹ et in viscerib⁹ p̄plectebamur charitatis. Cū
igit̄ fr̄es nostri p̄dicti/et sancte matris ecc. filij alienati sunt ab ea
et claudicauerūt a semitis suis/nos aduersus h̄mōi piculosum
scisma iuxta nostri pastoralis officij debitū publice et in facie ecc
lesie requisiti (vt p̄ferē) insurgere et illi obuiare decreuim⁹. Quā
obrem reuocatiōi cōuenticule et indictioni Cōcilij h̄mōi inheren
tes/vt ad debitū finē cōciliatis oīm animis p̄duci possit nullus
q̄ scrupulus remaneat/quomin⁹ hoc sac̄ ecomenicū generale
futurum Cōcilium cū omni quiete et pace ac animorū vnitae in

spiritu sancto (vt dicit) celebrari possit: et attendētes memoratā
ipsorū p̄motoris et p̄curatoris petitiōne iustā/et diuino et huma
no iuri cōsonā: necnō instrumētis publicis falsa manifeste cōtri
uentibus: etiā in alme vrbe nostra temere affixis / et p̄ nos visis
et alias legitime probatā/et vsq̄ adeo publicū et notoriū esse/q̄
nulla possit tergiversatione celari/ita vt ad penarū seueritatem
iuxta sanctiones canonicas in p̄dictos Bernar. et Guliel. ep̄os
et Fran. Cardi. absq̄ alia vltioriū mora p̄cedendū esset: p̄sertim
cū nos eidē Brenar. etiā post oīm supra narratorū p̄petrationē
si errorē suū recognoscere/et ad cor reuerti voluisset/plenā indul
gentiā et p̄critorū remissionē et veniā dare et cōcedere apostoli
ca clementia parati essem⁹. nihilominus de eorū dē venerabili
um fratrum nostrorū cōsilio Omnipotentis dei imitātes clementiā
qui nō vult mortē peccatoris/ sed magis vt cōuertat̄ et viuat / et
omnes iniurias illatas obliuiscat̄ / omni qua possum⁹ pietate
vti decreuim⁹/et quātum in nobis est agere/ vt p̄posita man
suetudinis via ad cor reuertant̄/et a p̄dictis resipiscāt excessib⁹
vt ip̄os tanq̄ filij illum p̄digum ad gremiū ecclesie reuertētes
benigne recipiam⁹/et paterna charitate amplectamur. Ip̄os igit̄
tur Bernardinū et Gulielmum Ep̄os/ac. Franciscum Cardinale
et etiā quoscunq̄ eis adherētes/eorūq̄ receptores et eis quoquo
modo fauētes p̄ viscera misericordie dei nostri p̄ aspersionem
sanguinis dñi nostri Jesu christi/quod et p̄ quē humani generis
redēptio/et sancte matris eccleie edificatio facta est/ex toto corde
hortamur/p̄camur et obsecram⁹/vt ip̄ius eccleie vnitatē / p̄ qua
ip̄e Saluator tam instāter orauit ad patrē violare desistat̄/ fra
ternam quoq̄ dilectionē et pacē/quā toties et accurate idē redē
ptor trāsiturus ex hoc mundo ad patrē discipulis cōmendauit/
et sine qua/nec oratiōes/neq̄ ieiunia / nec elemosine deo acceptę
sunt/scindere et lacerare expauescāt/et a p̄dictis quātotius tam
perniciosos et scādolos prolixos desistat̄ excessib⁹ / inuēnti apud
nos si effectualiter paruerint/et etiā nobis p̄sonaliter humiliter
paruisse docuerint paterne charitatis affectū apertūq̄ mā suetu
dinis et demētie fontem/ alioquin ip̄os si forte iusticie et virtutis
amor a peccato nō retrahat indulgētięq̄ spes ad penitentiā nō
inuitat/penarū terror et rigor coherceat discipline/p̄fatos Bern

ardinū et Gulielmū Ep̄os/ac Franciscū Cardī. adherētes/receptores/ et quoslibet fautores eorū de fratrum eorundē cōsilio requirimus et monem⁹ in virtute sancte obedientie/ac sub anathematis et criminū heresis et scismatis/ac lese maiestatis/ et quibuscunq; alijs cōtra tales ab hoīe vel a iure inflictis/necnō p̄nationis Cardinalat⁹ honoris ac Patriarchaliū et Metropolitān ac Cathedraliū/quibus p̄sunt/aliarūq; eccliarū/necnō Monasteriorū et aliorū beneficiorū quocūq; que obtinēt ac inhabitatis ad illa et alia qualiacūq; impoſterū obtinēda/necnō cōuicti criminis scismatis/heresis/ et lese maiestatis penis districte p̄cipiēdo mādādamus/ quatinus infra Quinquaginta dies ab affixione p̄ntiuz in locis infrascriptis immediate sequētes numerādos/ ip̄i Bernar. et Guliel. Ep̄i et Fran. Cardī. p̄ indictoribus et cōuocatoribus Cōcilij generalis vltierus se gerere/ aut nominare desistāt: nec p̄ alios quātum in eis est haberi et noiari p̄ talibus se potiant/ ac indictionē et cōuocationē p̄dictas/ sicut de facto et male factas corā nobis p̄sonaliter p̄stituti publice reuocēt/ cassent/ et annullēt adherētes receptores et fautores vltierus ip̄is Bernar. et Guliel. Ep̄is et Fran. Cardī. in hoc scismatis crimine nō assistant nec adhereant/ vel faueāt quoquomō p̄ se vel alios directe vel indi- recte/ nec quouis quesito colore/ sed ip̄i Bernar. et Guliel. Ep̄i et Fran. Cardī. adherētes/receptores et fautores nobis tanq̄ patri et pastorū amariū suarū reuerēter pareāt et obediāt/ac de reuocatione indictionis et cōuocationis Cōcilij h̄mōi infra p̄dictū terminū (vt p̄ferā) corā nobis p̄sonaliter cōstituti/ etiā p̄ publica documenta certiores nos faciat/ ita vt de eorū vera obediētia nullus dubitationis scrupulus valeat remanere/ alias si Bernar. et Guliel. Ep̄i. ac Fran. Cardī. et adherētes/receptores ac fautores p̄dicti secus (qđ absit) et nobis psuadere nō possum⁹/ egerint/ seu p̄missa oīa et singula infra terminū p̄dictū euz effectu nō adimplerint/ nouerint se supradictis penis obnoxios/ et a nobis quanq̄ inuitis iusticia cogēte citatos put tendere p̄sentū citam⁹ monem⁹ et requirim⁹: vt Quicadecima die p̄factū terminū immediate sequēte nō feriata/ et si dicta Quicadecima dies feriata extiterit/ prima die sequēti non feriata compareāt p̄sonaliter coram nobis in Vrbe et cōsistorio nostro secreto/ aut vbi tunc erimus

ad se defendendum legitimeq; excusandum de p̄missis cōtra eos deductis/ alias ad videndum et audiendū se et quemlibet eorū etiam nominatim/ quos sic citamus ad diem eandē cōtra ip̄os legitime procedi/ ac ad vidēdum se declarari scismaticos et blasphemos et tanquam hereticos et reos criminis lese maiestatis fore puniēdos/ ac censuras et penas p̄dictas ip̄o facto incidisse et incurrisse/ et alias infligi put iustum fuerit et iusticia suadebit/ certificātes eosdem et eorum quēlibet quod siue uenerint siue nō/ nisi se paruissē coram nobis p̄sonaliter cōstituti ostenderint aut se legitime de p̄missis excusauerint coram nobis vt p̄fertur p̄sonaliter cōstituti ad declarationē dictarū penarū iusticia mediante p̄cedimus/ eorū cōtumacia et absentia nō obstantib⁹/ sed ipsorū cōtumacia eorū p̄sentia representante p̄cessuri vltier⁹ ad aggrauationē et reaggrauationē put iusticie vigor postulauerit/ et eorū demerita exegerint. Vt autē huiusmodi nostra monitio et citatio ad eorūdem monitorū et citatorū aliorūq; q̄rū interest noticiā deducāt/ cū ad ip̄os p̄sonaliter citādos tutus nō pateat accessus cartas siue membranas eas cōtinētes/ ac p̄sentes litteras in Valuis basilice p̄ncipis apostolorum/ ac ecclesie Lateranenū/ in acie Campiflore/ et extra Curias in Cathedralis ecclesie Senenū/ valuis affigi faciem⁹/ que monitionem eandē suo quasi sōnoio p̄conio et patulo indicio publicabunt/ vt iūdem moniti/ qđ ad ip̄os nō peruenerit/ vt eandem monitionem ignorauerint/ nullam possint p̄tēdere excusatiōes vel ignorantiam allegare/ cum nō sit uersimile apud eos remanere incognitum vel occultum/ qđ tam patenter omnibus publicatur. Volumus etiā et Apostolica auctoritate decernim⁹/ qđ huiusmodi nostra monitio in eisde valuis/ et acie intimata perinde valeat/ et illos arctet quacūq; cōstitutione apostolica contraria nō obstāte/ ac si eisde monitis et eorū singulis intimata et insinuata p̄sonaliter et p̄ntialiter extitisset/ necnō moniti et citati p̄dicti Vrbeni ip̄am et Curiam Ro. cōmūnem omnibus patriarū locū sibi minus tutum/ et propter p̄missa vel ex quibusuis alijs causis similibus vel dissimilibus imminere periculum in ueniendo stando et redeundo ad excusationis sue uelamen forsan allegēt/

ipso tenore presentis securitates/cuilibet ex monitis predictis plenum et amplissimum in fide pontificia et venerabilium fratrum nostrorum. S. Ro. Ecc. Cardina. in verbo veri et boni Pontificis saluum conductum in veniendo stando et redeundo (vt p̄fertur) cōcedimus/Uniuersos et singulos Patriar. Archi. Epi. et alios ecclesiarum Monasteriorum prelatos et clericos/ac personas ecclesiasticas necnō Duces Marchio. Princi. Potesta. Capita. et quoslibet alios Officiales/et eorum locatenētes/necnō cōmunitates uniuersitates ciuitatum castrorum oppidorum/villarum et aliorum locorum tenore presentium requirimus et hortamur/ipsisq; Patriarchis. Archiepis. Episcopis/et alijs Prelatis/ceterisq; subditis nostris districte mādamus / quatinus prefatis monitis omnibus et singulis in veniendo ad dictam Cu. occasione predicta morando in ipsa vel ab ipsa recedendo in personis et bonis aut rebus eorum nullā inferant nec ab alijs quantum in eis fuerit pmittāt inferri iniuriam vel offensam. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre hortationis/precationis/obsecrationis/requisitionis/monitionis/mādati/citationis/certificationis voluntatis decreti securationis cōcessionis et mandati infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare p̄sumpserit/indignationē omnipotentis dei/ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Rome apud Sanctum Petrum. Anno incarnationis dominice. M. CCCC. Xj. Quinto Kal. Augusti. Pontificatus nostri. Anno Octauo.

At tergo autem supradictarum litterarum Apostolicarum infra scripta verba erant.

Anno a natiuitate dñi. M. CCCC. Xj. indictione. xiiij. die vero vltima mensis Julij/et prima mensis Augusti Ponti. S. in christo patris et dñi nostri/dñi Julij diuina prouidentia Pa. ij. anno viij. presentes retro scripte littere Apostolice prefati sanctissimi dñi nostri Pa. affixe et publicate fuerunt in acie Campiflore/deinde in basilice principis Apostolorum de Vrbe / et ecclesie Lateranenſis/valuis seu portis/ et ibidē p̄ longū tempore spacium vt ab omnibus eas de legere volētibus legi possent/per nos Cursos hic subscriptos/videlicet p̄ me Vianum de Bellavilla iuniorē. S. d. n. Pa. et Ro. Cu. Cursor. Ita est Dñicus de Villanis S. d. n. Pa. Cursor. Anno indictionis. Pon. vt supra/copias retro scriptarum litterarum in diuersis diebus affiximus et affixas dimisimus cū originali collationatis. videlicet. Ad valuas principis apostolorum de Vrbe et. S. Joannis in Laterano/dum celebrabatur diuina/ p̄ nos Petrum mengiuar et Vianum de Bellavilla iuniorē/et Joannē bernardi S. d. n. Pa. Cursor. Anno indictionis et Pon. supra scriptis die vero viij. mensis Augu. p̄ntes retro scriptas litteras apostolicas prefati. S. d. n. Pa. etiam affixi et publicati in valuis seu portis ecclesie Cathedralis Senenſis / hora missę / et ibidē p̄ longum tempore spacium dimisi/ vt ab omnibus eas legere volētibus legi possent: demū copiam earundē ibidē affixi et affixam dimisi in signum vere executionis. Ita est Vianus de Bellavilla iunior. S. d. n. Pa. Cursor.

monitōriū contra Venetos.

Leipz 1509 Martin Landerberg

